Summarium

Monasteria Patrum.

Cracoviæ Immaculat. Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis.
Leopoli Sancti Michaelis.
Cracoviæ 2 S.S. Michaelis et Joseph.
Premisliæ S. Theresiæ.
Visniâ S. Salvatoris.
Apud Lernam pagin. San: Eliæ S. Eremit. Diœcesis Cracovien.
Cameneci S. Mariæ de Victoria.
Varsaviæ Assumptionis B.M.V.
Berdiczoviæ Immaculatæ Conceptionis Sttus Joseph et ulti Jo.
Visnovicij S. Annæ
Mariæ montis Annunc. B.M.V.
Cupini S.S. Trinitatis
Zakrzevij S. Stanislai
Mclatani S. Crucis
Nendicij Dolorosæ B.M.V.

A Descriptio Monasteriorum Provinciæ Poloniæ a Religione Jussu edita

Monasteria Monialium.

Cracoviæ 1 S.S. Martini et Joseph
Lublini Immacul. Concept.
Leopoli S. Mariæ Lauret. et Joseph.
Varsaviæ Spiritus S. et S. Theresiæ
Cracoviæ 2 S.S. Theresiæ et Joannis a Cruce.

Monasteria Patrum.

Lublini S. Mariæ de monte Carmelo
Posnaniæ S. Joseph.
Vilnæ S. Theresiæ
Glemboci Assumpt. B.V.M.
Grodnæ Exaltationis S. Crucis
Kaunæ S. Joseph.
Lacilia
Pinscij
Antelepice

Num. 2 Descriptio Monasteriorum Provinciæ Lithuaniæ

Monasteria Monialium.

Vilnæ S. Joseph.
Lublini S. Joseph et Theresiæ.
Posnaniæ S.S. Nominis Mariæ.

Capitulum XIV.

De creatione et gubernatione Provinciarum.

Capituli Generalis est Provincias erigere, ubi numerus Conventuum id exigere videbit, quod arbitrio Capituli Generalis remittit per majorem partem Suffragiorum.

Num. 3 Constitutiones Ordinis a S. Sede confirmatæ

Si vero numerus Conventuum ita creverit ut ab uno Provinciali

diffi-
cile

difficulter gubernari posit Capitulum generale per majorem Suffragiorum partem numerum Competentem uni Provinciae assignabit Reliquos vero Convent, dividet Provinciamque aliam eriget si ei ita expedire videbitur, si autem Pauciores sint Prepositus Generalis Vicarium eis perficiat donec Provincia formari posit.

A

Exemplum desumptum ex ordinationibus Capitulis Generalis.

Confirmaverunt Patres Ordinationum, quod in posterum non liceat ulli Religioso superiori v Subdito procurare separationem alicujus Provinciae v Conventuum nisi re prius mature examinata in Capitulo Provinciali ita tamen, ut preses teneat proponere in Capitulo id petentibus, tribus saltem ex Vocalibus et quod in Capitulo Provinciali fuerit determinatum teneant Provinciales, et socij referre Capitulo Generali per literas ejusdem Capituli Provincialis a Provinciali et Secretario subscriptas sub poena poenitentibus contra istam formam, Superioribus quidem suspensionis ab offitio per duos menses, Subditis vero seu Choristis sive donatis ut puniant arbitrio Definitorij Provincialis Provinciali vero in dato casu non proponenti Suspensionis ab offitio per duos menses.

Num 4 In Capitulo Generali Celebrato anno 1725 remittit arbitrio Definitorij Generalis divisio Provinciae Polonicae

In Capitulo Generali celebrato Placentiae anno 1725 d 26 Apr in Sessione XIV vespertina.

Actum est de divisione Provinciae Polonicae in duas Provincias nempe in Provinciam Polonicae et in Provinciam Lithuaniae, et lecto actu Capituli Provincialis presentato a Patre F. Antonio a Nativitate B.V.M. primo socio Polonicae facta fuit sequens Propositio videlicet

Propositum fuit; an sit remittenda arbitrio Definitorij Generalis Divisio Provinciae Polonicae et quoad substantiam et quoad modum et etiam executio ejusdem divisionis quoad Electionis.

Propositio fuit approbata cum 51 ex 52 suffragijs quae propositio etiam fuit facta infirmis, et ad ipsos delati fuerunt Calices.

Ad hoc Capitulum interfuerunt ex Provincia Polonicae

P. Fr. Antonius a Nativitate B.V. Mariae primus Socius.

P. Fr. Gaudentius a Spiritu Sancto secundus Socius.

In Definitorio.

Num 5 exactis Definitorij Generalis celebrati die 10 Junij 1733 qui suspendit executionem propositionis Patrum Polonicae circa assignationem Conventus Posnaniensis ad Sexennium usque ad futurum Capitulum Generale

Extraordinario Generali Celebrato Romae die 10 Junij 1733

Cum graves difficultates ac plura inconvenientia delata sint ad nostrum definitorium Generale, quae praevidentur, si executioni mandet actus Conventionis factae in Capitulo Provinciali Poloniae, quoad Conventum Posnaniensem et monasterium Monialium ibidem existens commendatur Patribus Lithuanis ad sexennium.

Propositum fuit an suspenda sit executio praefati actus usque ad Capitulum Generale futurum.

Responsum fuit, Affirmative cum omnibus

Num 6 Exactis Definitorij Generalis celebrati Romae die 4 Aprilis 1733 quo habetur a Visitatore Generali Polonia Conventus Lithuaniae detectos esse miseros

In Definitorio Ordinario Generali Celebrato Romae die 4 Apr anni 1733 in Sessione 7ma antemeridiana.

Lectae fuerunt Litterae R.P. Visitatoris Generalis Polonicae scriptae ad R.P.D. Generalem in quibus Continebat et referebat miserabilis status Conventus Lithuaniae

Num 7. Capitulum Generale Celebratum anno 1734 quo interfuerunt Patribus utriusque Natio

In Capitulo Generali Celebrato Romae anno 1734 d 15 Mai in Sessione 9 Vespertina.

In hac Sessione ad sonitum Campanulae convocati Patres et invocato Spiritus Sancti auxilio, ceperunt agere de Divisione Provinciae Poloniae in Provinciam Polonam et Lithuanam et auditis Rdis Patribus Provincialibus Januarii

Roma

Romano Mediolanensi et avenionensi destinatis a R. P. N. Preposito Generali Commissariis juribus et rationibus hinc inde militantibus et id in hac re liberius procederent. et quoniam Rev. P. Egidius a Cruce Socius Polonie et R. P. Alexander a S. Joseph Procurator Lithuanie in hac Controversia erant partes, ideo iudicatum fuit a Capitulo eos non debere in presenti Causa ferre suffragium. Qua propter a loco Capituli egressi sunt. Hinc propositum fuit. Utrum dividenda esset Provincia Polonie in duas Provincias nempe Polonam et Lithuanam; assignando Provin: cie Lithuane erigende sub titulo S. Casimiri sequentes Conventus tam Fratrum, quam Monialium. Videlicet Conventum Posnaniensem sub titulo S. Joseph et Theresie et Monasterium Monialium ibidem existentium sub titulo Sancte Marie de monte Carmelo Conventum Varsaviensem sub titulo assump: B.M.V. et Monasterium Monialium ibidem existentium sub titulo assump: B.M.V. Conventum Vilnensem sub titulo S. Matris nostre Theresie et Monasterium Mo: nialium ibidem existentium sub titulo S. Matris nostre Theresie. Conventum Glembocensem sub titulo assumptionis B.V.M. Conventum Grodnensem sub titulo S. Crucis et alias residentias in Magno Ducatu Lithuanie nempe Caunensem et aliam sitam post Flu: vium Vilia dictum cum omnibus bonis Mobilibus et immobilibus Redditibus scripturis Instrumentis actis et aliis quibuscumque ad predictos Conventus et residentias quocumque titulo et ubique tenentibus cum suis juribus et oneribus pertinentibus. *(Margin: Rationis ac pleno totius Capituli Suffragio creata fuit Provincia Lithuanie erectionem et assignati Monasterii Posnaniensis et Varsaviensis.)*

Responsum fuit affirmative Cum omnibus Suffragiis.

Et in hoc Capitulo interfuerunt ex Polonia P. F. Egidius a Cruce Soc. Provincie Polone et ex Lithuania P. F. Alexander a S. Joseph Procurator Provincie Lithuanie.

Discussa fuerunt diversa puncta observanda ab utraque Provincia S. Spiritus et S. Casimiri in Polonia pro communi pace utriusque Provincie. *(Margin: Num 8 Ordinationes observande ab utraque Provincia exactis Definitorii Generalis dici 15 Mai 1734)*

1mo Omnes Patres sive Fratres tam Choriste quam donati natione sive Professione Lithuani vel oriundi ex Comitatibus Varsaviensi et posnaniensi in Conventibus Polonie modo manentes intra mensem a publicatione Divisionis Provincie ad Provinciam S. Casimiri transibunt

2do Omnes Patres sive Fratres tam Choriste quam Donati Natione seu professione Poloni in Conventibus Provincie S. Casimiri assignatis modo manentes intra mensem a publicatione Divisionis Provincie S. Spiritus transibunt.

Sequuntur alie Provisiones.

Clemens Papa XII

ad Perpetuam rei memoriam.

(Margin: Num 9 Breve S.M. Clementis XII sub data 7 Junii 1734 in forma specifica Confirmatorium decreti Capituli Generalis habiti Romae die 1? Mai 1734.)

Ex iniuncto nobis Celitus Apostolice Servitutis munere ea que pro felici prosperoque Christi Fidelium altissimi obsequiis sub suavi Religionis iugo mancipatorum regimine et gubernio provide facta ac ordinata esse noscuntur, ut firma ac illibata persistant, Apostolici muniminis nostri presidio nuper fuit dilectus Filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis B. V. Marie de monte Carmelo Excalceatorum nuncupatorum, quod cum Provincia Polonia dicti ordinis adeo ampla existeret ut ob nimiam eius vastitatem ac extensionem ab uno duntaxat priore Provinciali visitari ac commode regi nequiret Capitulum Generale eiusdem Ordinis in Conventu Sancte Marie de Scala nuncupato de Urbe novissime celebratum hac aliisque rationibus Causis regularis observantie religiosique pacis ac tranquillitatis Conservationi maxime conducentibus accurate perpensis vigore facultatum sibi attributarum

procedens

præfatam Provinciam Polonam in duas divisit novamq[ue] ipsius Ordinis
Provinciam Lithuanam nuncupandam erexit cum assignatione no-
nullorum Conventuum Monasteriorum ac Residentiarum a primo
dicta Provincia separatorum et dismembratorum et alias ut ube-
rius continetur in decreto Ejusdem Capituli Generalis desuper ema-
nato tenoris qui sequitur videlicet Propositum fuit utrum divi-
denda esset Provincia Poloniæ in duas Provincias nempe Po-
lonam et Lithuanam, assignando Provinciæ Lithuaniæ erigendæ sub
titulo S. Casimiri sequentes Conventus tam Fratrum quam Mo-
nialium videlicet Conventum Posnaniensem sub titulo SS. Jo-
seph et Theresiæ et Monasterium Monialium ibidem existen-
tium sub titulo S. Mariæ de Monte Carmelo Conventum Var-
saviensem sub titulo Assumptionis B.V.M. et Monasterium Mo-
nialium ibidem existentium sub eodem titulo Assumptionis B.V.
M. Conventum Vilnensem sub titulo S. Matris nostræ Theresiæ
et Monasterium Monialium ibidem existentium sub eodem titulo
S. M. Nostræ Theresiæ. Conventum Glembocensem sub titulo Assum-
ptionis Beatæ Virginis Mariæ. Conventum Grodnensem sub titulo
S. Crucis et alias Residentias in magno Ducatu Lithuaniæ posi-
tas nempe Caunensem et aliam sitam post Fluvium Villia
dictum cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus redditibus
scripturis instrumentis actis et alijs quomodocumq[ue] titulo et ubiq[ue]
locorum cum suis finibus et omnibus pertinentibus. Responsum est
Affirmative cum omnibus suffragijs. Itaq[ue] Polonica Provincia S.
Spiritus divisa est in Venerabili Capitulo Generali Romæ in Con-
ventu S. M. de Scala d. 19 Maii Anno Domini 1734. Suffragan-
tibus omnibus votis RR. PP. Generalium in duas Provincias quarum
Conventus Religiosorum sunt quatuordecim Residentiæ quatuor,
Monialium octo. Ex quibus in antiqua Provincia S. Spiritus rema-
nent novem scilicet Conventus Cracoviensis sub titulo Immaculatæ
Conceptionis B.M.V. Lublinensis B.M.V. de Monte Carmelo Leopoli-
ensis S. Michaelis Archangeli Cracoviensis SS. Michaelis et
Joseph Premisliensis S. M. N. Theresiæ Visniciensis Sanctissimi
Salvatoris Sacri eremi Sanctæ Eliæ Visnicivensis S. Michaelis
Mariæ Mortis, Annuntiationis B.M.V. Camenecensis S. Michaelis
Archangeli. Monialium autem quinque scilicet Cracoviensis
Sancti Martini Lublinensis S. Joseph Lublinensis Immaculatæ
Conceptionis B.M.V. Leopolien. S. Spiritus Cracoviensis S. M. Nostræ
Theresiæ et S. P. N. Joannis a Cruce In nova vero Provincia erecta
sub titulo S. Casimiri manent quinq[ue] Conventus videlicet Posna-
niensis sub titulo SS. Joseph et Theresiæ S. Vilnensis S. M. N.
Theresiæ Varsaviensis Assumptionis B.V.M. et Joseph Glembocen.
Assumptionis B.V.M. Grodnensis S. Crucis. Residentiæ vero duæ
nimirum Caunensis Jesu Mariæ et Joseph Zailiensis S. M. N.
Theresiæ Monialium autem tres scilicet Varsavien. Assumptio-
nis B.V.M. Posnanien. B.V.M. de Monte Carmelo Vilnensis S.
M. N. Theresiæ. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat ipse
Procurator Generalis præmissa quo firmius subsistant et ser-
ventur exactius Apostolicæ Confirmationis nostræ Patrocinio
communiri summopere desideret Nos dictum Procuratorem
Generalem specialibus favoribus gratiis prosequi volentes et a quibus-
vis excommunicationis suspensionis et interdicti alijsq[ue] Ecclesi-
asticis sententijs Censuris et pœnis a jure v[el] ab homine quavis
occasione v[el] Causa latis, si quibus quomlibet innodat existit ad
effectum Præsentium duntaxat consequendum, harum serie ab-
solventes et absolutum fore censentes supplicationibus eius
nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum
præinsertum a memorato Capitulo Generali factum ut præfertur
cum omnibus et singulis in eo Contentis Authoritate Apostolica

tenore

[illegible]

thenore presentium confirmamus et approbamus illisq. inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus ac omnes ac singulos juris et facti defectus siqui desuper quomodolibet intervenerit supplemus Decernentes easdem presentes Litteras semper firmas validas et efficaces existere et fore suosq. plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari et ab eis respective inviolabiliter observari Sicque in premissis per quoscumq. judices etc judicari et definiri debere etc irritum etc

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 7 Junij anno 1734 Pontificatus nostri anno quarto

In Definitorio Generali Extraordinario Celebrato Romae die 18 8bris 1734

Cum propter impediendam Executionem erectionis novae Provinciae S. Casimiri in Lituania duo Patres Poloni Provinciae S. Spiritus nempe etc P. Clemens a Conceptione B.V.M. Prior Leopolinen et R.P. Joannes Cantius a B.V.M. de monte Carmelo Prior Visnicensis ausi sint venire Romam cum sola licentia R.P. Provincialis Provinciae S. Spiritus qui presumpsit posse pro negotijs suae Provinciae mittere Romam inconsulta Sede et R.mo ad mandatum S.N. Generali Ordine Sanctissimi D.N. Clementis XII per unam integram diem in Carcere detenti fuerunt. Supposita eorum bona fide qua asserunt venisse et premissa absolutione a Censuris ad Cautelam vocati sunt in Definitorium ad hoc ut exponerent patribus motiva et rationes sui adventus ad Romanam Curiam quibus auditis remissi sunt Deinde varij discursus et tractatus habiti sunt super ea quae exposuerunt Circa Conventum Varsaviensem quem nollent incorporari Provinciae S. Casimiri prout Capitulum Generale preteritum decreverat.

Num 10
Patres Poloni recurrentes adversus Capitulum Generale anni 1734 et adversus Apostolicum Breve profecti Romam de mandato Sanctissimi fuerunt carcerati ex actis Definitorij Generalis die 18 Octobris 1734

In Definitorio Generali Ordinario Celebrato Romae die 9 9bris anni 1734 in Sessione 2da Matutina secundi Diei

Deinde prosecuta est Epistolarum Patrum Dominij Poloniae majoris et minoris quae afferrent rationes patrum Dominij Poloniae S. Spiritus pro recuperando suo Conventu Varsaviae et rationes Patrum Provinciae Poloniae S. Casimiri pro manutentione examinatae fuerunt omnes serio et ordinatum fuit respondere esse Patribus Provinciae Sancti Casimiri, ut Patientiam haberent quia provideret Patribus autem Provinciae S. Spiritus prout inobedientibus ut resipiscerent et terminata fuit Sessio

Num 11
Ex actis Definitorij Generalis sub die 9 9bris 1734 a quo Patres Poloni redarguntur de inobedientia et monentur ut resipiscant a reclamatione adversus Pontificium Breve et Capitulum Generale

Die 11 9bris ejusdem anni in Sessione 2da Vespertina

Deinde fuerunt lectae diversae Epistolae venientes a Polonia quarum una erat R.P. Rectoris Collegij Jesuitarum altera nostrarum Monialium et omnes scribebant in favorem Patrum Lithuanorum et supplicando pro manutentione Conventus Varsaviensis in Capitulo Generali proximo preterito istis assignato et terminavit Sessio.

In Definitorio Generali extraordinario Celebrato Romae die 16 Xbris 1735.

Lectae sunt diversae Epistolae ex Polonia nobis datae quibus examinatis cum cernerent difficultates exortas pro Commutatione Conventus Visnicensis loco Varsaviensis exhibita Patribus Lithuaniae et ab illis non acceptata propter difficultates exortas decreverunt Patres quod Secretarius nomine Definitorij responsum daret patribus Poloniae hortando illos ad obedientiam praestandam Capitulo Generali preterito nec non Brevi pontificio

Num 12
Ex actis Definitorij Generalis sub die 16 Xbris 1735 quo inculcat obedientia Patribus Poloniis reclamantibus adversus Capitulum Generale et Pontificium Breve

In Capitulo Generali Celebrato Romae 1737 die 17 Maij in Sessione XII Vespertina.

Propositum fuit an ad majorem pacem utriusq. Provinciae Poloniae et Lithuaniae rogandus sit Sanctissimus ad ratam habendam extraditionem Conventus Varsaviensis cum omnibus mobilibus et immobilibus Patribus Provinciae S. Spiritus Poloniae faciendam a Patribus Provinciae S. Casimiri Lithuaniae ac vicissim extraditionem Conventus Lublinen cum omnibus mobilibus et immobilibus patribus Provinciae S. Casimiri faciendam a patri

Num 13
Capitulum Generale Celebratum die 17 Maij Anni 1737 quo redamittitur permutatio Conventus Lublin cum Conventu Varsaviensi reservato assensu Pontificio et denuo confirmat Capitulum Gener. Anni 1734

a Patrib. Provinciæ S. Spiritus Poloniæ ita ut reliquas facultas Patribus Provinciæ S. Spiritus procurandi sui Hospitium regulare Lublini et cum vero Patrib. Provinciæ S. Casimiri Hospitium Consimile Varsaviæ ratione Causarum agendarum utrobiq. et cum tam Varsaviæ quam Lublini sint Monasteria Religiosarum nostrarum subordinis Jurisdictione Varsaviense semper gubernetur a Patrib. Provinciæ Poloniæ. Monasterium vero S. Joseph Lublini administretur a Patrib. Provinciæ S. Casimiri Quo vero ad invicem servandum pro omnimoda pace sint servanda puncta inter partes quæ a Capitulo nostro Generali fuere determinata de quibus instruantur spetialiter Commisarij a Definitorio nostro Generali deputandi.

Responsum fuit affirmative quoad omnia cum omnibus votis
In hoc Capitulo, interfuerunt ex Provincia Polonia
R. A. Fr. Gregorius a Præsentatione B.V.M. Provincialis
P. Fr. Clemens a Conceptione B.V.M. primus Socius.
P. F. Joannes Cantius B.V.M. de monte Carmelo 2dus Socius.

et ex Lithuania
P. F. Laurentius a Cruce primus Socius
P. F. Faustinus a Regibus Secundus Socius.

Num 14
In executionem Decreti Capituli Generalis Superior Generalis Ordinis una cum Definitorio sub die 18 Junij 1737 ediderunt præceptum in virtute obedientiæ et sub pæna excommunicationis latæ sententiæ religiosis Provinciæ Poloniæ ut Patres Lithuani relinquant in perpetua et pacifica Possesione Conventus Posnanien et Lublinen

In Definitorio Generali Ordinario Celebrato Romæ immediate post Capitulum Generale die 20 Mai anno 1737 in Sessione 3tia Vespertina.
Cum in Capitulo Generali etc
Et in Sessione 2a Vespertina die 18 Junij 1737.
Propositum fuit an et cum majori efficacia ponatur executio Decreti Capituli nostri Generalis confirmati per Breve Apostolicum, imponendum sit sequens præceptum cum suis annexis videlicet
Fr. Ildefonsus a Præsentatione Propositus Generalis Fr. Reginaldus Maria a S. Joseph Franciscus Synforianus a S. Andrea F. Paulinus a Sanctis F. Benignus a Jesu Definitores Generales in virtute S. Obedientiæ et sub præcepto formali nec non sub pæna excommunicationis Latæ sententiæ atq. aliarum quas sibi reservat Definitorium nostrum Generale juxta qualitatem inobedientiæ præcipimus omnib. et singulis religiosis Provinciæ nostræ Poloniæ S. Spiritus tam prelatis quam Subditis tam Clericis quam Donatis.
Primo etc
Vmo Præcipimus eidem et sub eidem præcepto extraditionem præfati Conventus fideliter exequatur et quidem 5mo ante extraditionem Conventus Varsaviensis atq. completa extraditione Originale Brevis Apostolicæ etc
Dein Tandem sub eidem Præcepto et sub ejusdem pænis præcipimus ut Patres Provinciæ S. Casimiri relinquant in perpetua et pacifica Possesione Conventum Posnaniensi et Lublinensis ac pariter Patres Provinciæ S. Spiritus relinquant in perpetua et Pacifica Possesione Conventus Varsavien atq. omnino huic Causæ imponatur finis.

Clemens P.P. XII ad futuram rei memoriam.

Num 15
San. m. Clemens XII confirmavit in forma specifica Decretum Capituli Generalis mediante brevi edito die 22 Junij 1737

Apostolicæ Procurationis ministerium quod Pastorum Princeps Jesus per ineffabilem Clementiæ suæ abundantiam imbecillitati nostræ imponere dignatus est a nobis exigit ut ea interdum quæ certis rationabilibus ex Causis etiam a nobis concessa sunt ipse subinde rerum experientia suadente et majoribus ex Causis quibus præsertim Felici Christi Fidelium sub sacri Religionis Jugo altissimo famulantium statui et salubri gubernio consulitur revocamus, et immutamus. Intrisque sollicitudinis nostræ studium interponimus prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem nobis nuper fecit Dilectus filius modernus Procurator Generalis Fratrum Ordinis B.V. Mariæ de monte Carmelo Excalceatorum nuncupat. quod alias in Capitulo Generali ejusdem Ordinis in Conventu Sanctæ Mariæ de Scala nuncupat. de Urbe anno 1734 celebrato nova Provinciæ Lithuaniæ S. Casimiri dicta ab antiqua Poloniæ Provincia S. Spiritus nuncupat rationabilib. de Causis tunc divisæ et erectæ inter alios Conventus ejusdem Provinciæ Lithuaniæ insimul attributos Conventus Varsaviensis assignatus fuit quemadmodum per quasdam nostras desuper in simili forma Brevis litteras die 7 Junij ejusdem anni 1734 expeditas Decretum a memorato Capitulo Generali hac de re editum toto illius thenore inserto confirmavimus. In Capitulo vero Generali prædicti Ordinis in Conventu S. Teresiæ et Joannis a Cruce prope montem pietatis nuncupat. de eadem Urbe die 11 Mai
hoc proe

hoc presente anno 1737 habito Fratres è gremio prefati Capituli postquã
cognovissent et serio expendissent rationes ac difficultates que in predicti
Conventus Varsaviensis ab antiqua Polonie Provincia ut premittitur sepa-
rati ac disiuncti et Provincie Lithuanice de novo erecte assignati et u-
niti actione occurrebant, mature consideraverint Decreverunt nobis
humiliter supplicandum esse ut prefatis nostris litteris quoad su-
perdictam partem dumtaxat derogantes nec et loco assignatio-
nis sepedicti Conventus Varsaviensis Provincie Lithuanie assignetur
eidem Conventus Lublinensis et prefatus Conventus Varsaviensis remaneat
ut ante divisionem antique Provincie Polonie juxta alterum Decretum
ejusdem Capituli Generalis tenoris, qui sequitur videlicet Propositum
fuit an ad majorem pacem utriusq. Provincie Polonie et Lithuanie
rogandus sit Sanctus ad ratam habendam extraditionem Conventus Var-
saviensis cum omnibus mobilibus et immobilibus religiosis S. Spiri-
tus Polonice faciendam a religiosis Sancti Casimiri Provincie Lithua-
nice ac vicissim extraditionem Conventus Lublinensis cum omnibus
mobilib. ac immobilib. religiosis Provincie S. Casimiri Lithuanice
faciendam ab illa Provincia S. Spiritus, ita ut relinquatur facultas
religiosis Provincie S. Spiritus procurandi sibi Hospitium regu-
lare Lublini et contra Provincie S. Casimiri Lithuanie hospitium
consimile Varsavie ratione causarum agendarum utrobiq. et cum
tam Varsavie quam Lublini sint Monasteria S. Monialium Carmeli-
tarum Excalceatar. sub Ordinis jurisdictione Monasterium Varsaviense
predictum Sanctimonialium semper gubernetur a religiosis Provincie Polo-
nie Monasterium vero Monialium Lublini quod vocatur S. Joseph adm-
inistret a religiosis S. Casimiri Lithuanie aliudq. Monasterium pre-
dictarum Monialium sub titulo S. Conceptionis in eadem Civitate Lub-
linensi existens a religiosis S. Spiritus Polonie. Et responsum fuit
affirmative ad omnia cum omnibus votis. Cum autem sicut eadem
expositio subiungebat ipse Procurator Generalis nonsolum predictas as-
signationes supradictorum Conventuum religiosorum Virorum et Monaste-
riorum Monialium ut premittitur in presenti Decreto Provinciali ab eodem
Capitulo Generali die 11 Maij presentis anno 1737 celebrato respective assi-
gnationum quo firmius subsistant ac serventur exactius Apostolice Confirma-
tionis nostre Patrocinio communiri ac alias in premissis opportune provi-
deri summopere, et ut infra indulgeri summopere desideret. Nos dictum
Procuratorem Generalem spetialibus favoribus et gratijs prosequi volentes
et a quibusvis Excommunicationis Suspensionis et Interdicti alijsq.
ecclesiasticis Sententijs censuris et penis a jure vel ab homine quavis oc-
casione vel causa latis. Siquibus quomodolibet innodatus existit ad effectum
presentium dumtaxat Consequend. harum serie absolventes et absolutum
fore censentes Supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter
porrectis inclinati audito etiam super premissis dilecto filio nostro Nicolao
S. R. E. Diacono Cardinali Judice nuncupato Univers. Ordinis Fratrum B.
V. M. de monte Carmelo apud nos et sedem apostolicam Protectore et quo
ad novas Predictorum Conventuum et Monasteriorum respective assigna-
tiones dumtaxat prefatis nostris literis derogantes decretum preinsertum
memorato Capitulo Generali factum, ut prefertur cum omnibus et singulis
in eo contentis Authoritate apostolica tenore presentium confirmamus
et approbamus illisq. inviolabilis Apostolice firmitatis robur adjicimus
ac omnes et singulos juris et facti defectus si qui desuper quomodolibet in-
tervenerint supplemus perpetuumq. super divisione et assignatione pre-
fatis silentium utrisq. Patri imponimus, et ac concludimus. Decernen-
tes easdem presentes litteras semper firmas validas et efficaces exi-
stere, et fore suosq. plenarios et integros effectus sortiri et obtinere et
illis ac illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus et p.
omnia plenissime suffragari et ab eis respective inviolabiliter observari
Sicque in premissis per quoscumq. Judices Ordinarios et Delegatos etiam
Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari et definiri debere ac
irritum et inane si secus super his a quoquam quavis Authoritate scien-
ter vel ignoranter contigerit attentari. Nonobstantib. prefatis nostris
litteris alijsq. premissis ac Constitutionib. ac Ordinationib. Apostolicis

necnon

nec non quatenus sit opus Provincianum Conventuum ac monasteriorum praedictorum aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis etc. Quibus omnibus etc. illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris Die XXII Junij 1737 Pontificatus nostri anno 7mo.

Num 16

Instantia facta in Capitulo Generali anno 1761 ab hodierno R. P. Provinciali Poloniae pro restitutione Controversorum conventuum cum subreptitia narrativa.

Ex actis Capituli nostri Generalis celebrati Romae in Conventu S. Mariae de Scala die 13 Apr. anno Dni 1761.

R. P. Benignus a S. M. Theresia Provinciae Poloniae Provincialis exposuit plurimum injuriatam suam Provinciam a Patribus Provinciae Lithuanicae ex ratione duorum Conventuum a sua Provincia injuste et clandestine avulsorum nempe Conventus Posnan. sub titulo S. P. Joseph cum altero Conventu Monialium ibidem existenti modo ancessivo ad sexennium tantum a Provincia Polona permissi cum rescripto et obligatione patrum Provinciae Lithuanicae porrecta ad Capitulum Provinciale Provinciae Poloniae anno Dni 1733, in Conventu Visnicen. celebratum se obligantium elapso sexennio praefatum Conventum Posnaniensem tum Religiosorum tum Monialium restituendi Provinciae Poloniae cum tota supellectili juxta Inventarium conscriptum insuper praedicti Patres Provinciae Lithuanicae ad Capitulum nostrum Generale celebratum Romae in Conventu S. Mariae de Scala die 14 Maj Anno Dni 1732 condescendentes simulato Consensu Capituli Provincialis pro concessione tantum sexennali Conventus Posnaniensis procurarunt firmam propositionem in eodem Capitulo generali una cum postulatione pro excindendis duobus Conventibus a Provincia Polona ad Provinciam Lituanam non praemissa propositione in Capitulo Provinciali Provinciae Polonae ad mentem Ordinationis Capituli nostri Generalis qua non attenta Conclusum est de patribus Polonis jis in Capitulo non praesentibus, et determinati sunt Conventus magni Ducatus Lithuaniae cum duobus a Provincia Polona dismembratis intra limites Poloniae manentibus nempe Conventus Posnaniensis et alter Conventus Varsaviensis qui postea Conventione facta Commotatus est pro Conventu Lublinensi Religiosorum et Monialium et ut praecluderetur via et libertas Provinciae Poloniae agendi in tam injuriosa Causa actum Capituli Generalis sibi plurimum favorabilem roborari procurarunt Brevi Pontificio S. Mem. Clementis XII Stringente Patres Polonos ad obediendum in omnibus quae acta sunt de illis in Capitulo Generali. Et quoniam ad praesens Capitulum nostrum Generale R. P. Provincialis Polonus praesentavit rescriptum feliciter regnantis Clementis XIII Pontificis mediante sacra congregatione Episcoporum cum omnimoda facultate et libertate agendi pro restitutione duorum Conventuum supra specificatorum a Provincia Lithuana et cum plenipotentia suae provinciae praesens Capitulum nostrum generale attentis et bene consideratis justissimis rationibus cum documentis authenticis praedictis et maxime attenta ordinatione Capituli nostri Generalis de non excindendis ab ulla Provincia Conventibus nisi prius formet propositio in Capitulo Provinciali quae non praecessit, tum etiam attendendo ad originale Instrumentum Provinciae Lithuanicae se obligantis post sexennium reddere Conventum Posnaniensem ubi concessivo modo acceptum tum etiam attenta sufficientia tam Conventuum Monialium quam residentiarum Provinciae Lithuanae. His praemissis admodum R. P. D. Philippus a S. Francisco praepositus Generalis formavit propositionem in Capitulo quae est talis.

litt A

Decretum Capituli Generalis an 1761 Editum relative ad instantiam et ad rationes adductas a P. Provinciali.

Propositum est Reverendis Patribus Generalibus utrum ex allegatis justis rationibus a R. P. Provinciali Polono duo Conventus nempe Posnaniensis tum Religiosorum, tum Monialium et Lublinensis cum altero Conventu Monialium restituendi sunt a Provincia Lithuana Provinciae Poloniae injuste accepti et dismembrati. Et responsum est tam in vocibus, quam in secretis suffragijs affirmative omnibus votis cum addito ut praedictum Decretum Capituli nostri Generalis firmet simili brevi Pontificio perpetuum silentium indicente Patribus Lithuaniis non amplius perturbandi in hoc negotio Provinciam Polonam nec recursum faciendi ad Capitulum generale. Sensu demandans

Patribus

Patribus Lithuaniis in omnibus supra et infra specificatis obedientiam ut
ab intimatione praesentium sine ulla dilatione nulloque praetextu aut colore
quaesito Conventus supra specificatos cum omnibus bonis mobilibus,
et immobilibus Ecclesias et Conventus Concernentibus et summis obliga-
torijs utriusque Conventui inscriptis cum documentis praescriptionibus Juri-
bus quibuscumque titulo debitis fideliter restituant liberam possessionem
omnium Patribus Polonis reponant et eam directe vel indirecte per se
vel per alios impedire non audeant sub poenis a nostro Definitorio Ge-
nerali imponendis, et occurrendo in futurum similibus dissidiorum
inconvenientijs praesens Capitulum nostrum Generale prohibet divi-
sionem quamcumque Conventuum a Provincia Polona Quibus prae-
talitur peractis RP Provincialis Polonus nomine totius suae Provinciae
Lithuanae Conventum Zakroczimensem sub titulo S. Stanislai dando
et donando in perpetuum quam donationem RRPP Gremiales simi-
liter acceptarunt et approbarunt. Datum in loco Capituli ut supra.
Fr. Philippus a S. Francisco Praepositus Generalis
Fr. Martinus a Sanctissimo Rosario Capituli Generalis Secretarius.

B Et e. ī Lithuania nullus accessit. B E patribus Provinciae Lithuanicae nemo interfuit Capitulo.

Ita est in quorum fidem subscripsi, Sigilloque munivi.
Fr. Paulus a S. Joanne Chrisostomo Procurator.
Generalis Carmelitanorum Discalceatorum
Loco + Sigilli.

Beatissimo Padre.

Il Provinciale e Religiosi Carmelitani Scalzi della Provincia di Polonia Num 17
prostrati a piedi della S.V. umilmente rappresentano, qualmente Preces cum
nel anno 1734 furono smembrati dalla loro Provincia il Convento hic narra
di Posnania sotto il titulo di San Giuseppe con l'altro di Monache Eidemo
dell'istesso ordine ivi esistente e quello di Lublino della dioccesi Sm̄o D
di Cracovia con altro di Monache parimente ivi esistente e furono pro confi
questi dati alla Provincia di Lithuania con alcune condi- ne antedicti de
zioni. Credendo ora gli Oratori sudetti debbano questi restituirsi creti Capituli
alla loro Provincia di Polonia Presso il Descritto della Sagra Congre- Generalis anni
gazione de Vescovi e regolari hanno proposta la loro istanza per la 1761 et revocatio
restituzione di essi Conventi nel pieno Capitolo Generale ultima- ne Brevium San
mente convocato qui in Roma questo e stato di sentimento anche Me. Clemen.
a pieni voti che convenga agl'Oratori la restituzione sudetta come XII
dal annesso Documento autentico. Ma siccome Beatissimo Padre
la Dismembrazione sudetta fu allora confermata con un Breve dal-
la Sani: memo: di Clemente XII Supplicano essi Oratori la Som-
ma Clemenza di V. S. per l'approvazione della detta resoluzione
Capitolare, e conferma con suo special Breve derogatorio all'al-
tro di Clemente XII Col. inserzione dell'accennato documento
Che etta
Fori: Alla Santita di nostro Signore
Clemente Papa XIII

Il Provinciale e Religiosi per Carmelitani Scalzi della Provincia di
Polonia.
17 Apr 1761
In audientia Sm̄i die 17 Apr 1761.
Sanctitas sua mandavit audiri PP Lithuanos et idem Procura- A Sanctitas sua re
tore Generali significet iisdem quod infra tres menses deducant misit Instantiam
si quid habent in Contrarium ad effectum referendi Sm̄o. ad hanc S. Congrega
S. Bonaccorsi Secretarius. tionem auditis Pa-
tribus Lithuaniis.

In Nomine Domini amen.

Praesenti publico Instrumento cunctis palam et singulis notum Num 18
manifestumve sit quod modo anno a Nativitate Domini nostri Appellatio a Patribus
JEsu Christi 1761 Inditione vigesimanona Pontificatus Sm̄i Dni Lithuaniis in parti
nostri Domini Clementis divina Providentia papae ejus nominis bus interposita
XIII feliciter regnantis anno quarto 30 die mensis Junij coram me sub die 30 Junij
publico notario meis et testium infrascriptorum ad id specialiter 1761 adversus Decre
rogatorum tum Capituli Gener. d. Anni 1761.

rogatorum presentia constituti personaliter Admodum reverendi in Christo
P.P. Samuel ab ascensione Domini Superior Conventus Lublinensis
et residens, tum quoq. Rafael a S. Michaele discret. primus et lector
Sacrae Teologiae Carm. Discalceator. Provinciae Lithuanicae sani per
omnia existentes non coacti nec compulsi nec alio errore circumventi
omni meliori modo via stylo et praxi quibus de iure firmius
validius efficacius potuerunt ac debuerunt medio sponte palam
libere, ac per expressum recognoverunt suo et totius Conventus
Lublinensis et Posnaniensis Ordinis Patrum Carmelitarum Discal-
ceatorum Provinciae Lithuaniae ac totius praefatae Provinciae Lithuanae
nomine contra P.P. Provinciae Poloniae Ordinis ejusdem totamq. Provin-
ciam ibidem motivo gravaminis Decreti contra Provinciam Lithua-
nam ad malam informationem Patrum dictorum Provinciae Poloniae
in Vener. Capitulo Generali Romae Sanctae Mariae de scala anno quo
supra celebrato obtenti idq. ex rationibus infra appositis quam
solemnissime questi et manifestati sunt. Et quidem primo quia
Romae invener. Capitulo Generali Celebrato Anno Domini 1761 die 13
mensis aprilis praeallegatis Patres Provinciae Poloniae Carmelita-
rum Discalceatorum absentibus Patribus Lithuanis Ordinis ejus-
dem attentarunt avulsionem a Provincia Lithuana duorum
Conventuum scilicet Posnan. et Lublinen. duobus brevibus apostolicis
ac pluribus actis Capituli ac Definitorij Generalis incorporatum
et quidem contra mentem Ordinationis Venerabilis Capituli
Generalis de non dismembrandis de ulla Provincia Conventibus
nisi prius firmet. proposito in Capitulo Provinciali quod mini-
me processit. Secundo quia obstante gravamine dicti Vene-
rabilis Capituli Generalis ex sinistra Patribus Provinciae
Poloniae P.P. Lithuanis absentibus Superiorum Generalium infor-
matione accedere ausi sunt die 21 mensis Junij post meridiem
anno 1761 ex sua Residentia quam habent in civitate Regia Lu-
blinen. R.R. P.P. Ignatius a Sancta Maria Angelorum qua prae-
sidens et superior praedictae Residentiae Lublinen. Honoratus
a protectione Sancti Joseph Procurator Causarum Christianae
Concionator et Bruno alter Concionator, nulla praemissa
et medio est reverendis Patribus Lithuanis notitia nec inti-
mata a superioribus suis generalibus sibi data Commissione
aggredere Cellam Admodum Reverendi Patris Georgii a Praesen-
tatione B.V.M. Prioris Conventus Lublinen. gravi morbo labo-
rantis e decumbentis Communitatem dicti conventus convo-
care contra sententiam actus Capituli Generalis attentare
ipsumq. actum Capituli legere et promulgare quin imo
non attenta Superiorum Generalium dispositione ac expressa
in ipsomet actu conditione ausi sunt et praesumpserunt.
Tertio quia hic actus uti ex publicatione ejus modum Protestantes
didicerunt non prius dispositus a toto Capitulo Generali ut suum sor-
tiatur effectum esse adinvenerit nisi Brevi Apostolico firmatus nam haec
sunt in acto formato per praedictos Patres Polonos promulgato expres-
sa verba cum addito ut praedictum Decretum Capituli nostri Gene-
ralis firmet. simili Brevi Pontificio. Quarto quia Praedictus R.P.
Ignatius a Sancta Maria praesidens Residentiae Lublinensis
Provinciae Poloniae ausus est contra mentem Capituli Generalis in
facie totius Communitatis Conventus liberum transitum ex Lit-
vana Provincia in Poloniam tam Patribus Lithuanis quam Po-
lonis denuntiare quod minus suis modernis protestationibus sit
gravaminosum ac Dispositioni Capituli Generalis iniuriosum facta
ut praefert. solemni manifestatione ad Curiam Romanam alias
ad quem de jure hic in actis Notarius mei Apostolici interposue-
runt appellationem ac de quibusvis attentatis et in futurum locco
in negotio per praedictam Provinciam Polonam aut quempiam illorum
attentandis iterum iterumq. manifestant afferentes se jure actiones
fore

jure praesentis manifestationis et appellationis vigore. Et in horum indubitatam fidem manu sui propria iidem in actis notariatus mei se subscripserunt ac unum vel plura Instrumentum vel Instrumenta super praedictis confici et extradi requisiverunt. Acta sunt haec in Curia urbis Lublinensis anno mense die quibus supra praesentibus ad medium Reverendis Andrea Przymowski Ecclesiae Collegiatae Lublinensis Vice Custodio Antonio Paulinski ejusdem Collegiatae Mansionariorum.

Fr. Samuel ab Ascensione Domini Superior ac residens Conventus Lublinensis Carmelita Discalceatus manu propria.

Fr. Rafael a S. Michaele Discretus primus et Sacrae Theologiae Lector Carmelita Discalceatus manu propria.

Sequitur legalitas in forma.

Ita est Martinus Przeyski Not. pub.

Num 19

Preces porrectae SSmo Dno nostro ex parte Patrum Provinciae Lithuaniae adversus attentata P. Provincialis Poloniae.

Pater Beatissime

Pauperes afflicti, injuriati Fratres Carmelitae Discalceati Provinciae Lithuaniae post Deum optimum Maximum, non habentes aliud hujus asylum, nullam in aliis firmiorem spem reponentes, supplices recurrimus ad te Pater Beatissime ut ad communem omnium Patrem ad afflictorum et injuriatorum Optimum Consolatorem omnium ad te confugientium Fidissimum Protectorem ac Defensorem humillime prostrati ad pedes Sanctitatis suae, amarissimis cum lachrimis petimus gratiam, ut nos protegere ac defendere dignetur ab inimicis nostris Patribus Carmelitis Discalceatis Provinciae Poloniae qui amplius quam a XXVI Annis ipsi ex divisionem Provinciae Lithuaniae a Polona promoverunt ac procurarunt ipsi duos Conventus primo Varsaviensem, Posnaniensem sponte nobis non pro sexennio ut fingunt sed in perpetuum, non accommodarunt sed cesserunt quos Conventus consentientibus Superioribus nostris Generalibus Summus Pontifex Felicis recordationis Clemens XII sua Authoritate nobis adjudicavit perpetuam horum Conventuum possessionem penes Provinciam Lithuanam edito ad hoc decreto ad perpetuam rei memoriam stabilivit hoc Decretum supplices porrigimus Sanctitati suae pro ejus confirmatione humiliter supplicantes. Patres Poloni absentibus nobis Romae porrectis Sanctae Congregationi et Capitulo nostro Generali Falsissimis punctis et rationibus volunt dolose injustissime avellere a Provincia nostra Lithuana pauperrima et miserrima duos Conventus Posnaniensem et Lublinensem Patres Poloni habent prope XX Conventus nos non patiuntur habere VI. Miseros Conventus avulsis duobus remanebunt quatuor Conventus cum quibus Provincia stare non potest. Verissima (Teste DEO) sentimus) justa petimus gratiam, justitiam et misericordiam speramus Decreti Confirmationem et inducias temporis ad defendendum nos ob maximam distantiam Provinciae nostrae ab Urbe Roma prostrati ad pedes Sanctitatis suae enixe postulamus. Exhibitam nobis gratiam testabunt Provinciae Codices legent posteri et memores erunt Sanctitatis suae cum DEO et hominibus vivet Pater Beatissimus in cordibus Filiorum semper sibi addictorum Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Provinciae Lithuaniae vivet et perennabit in memoria Successorum cujus Paternae gratiae ac protectione hoc gravissimum Provinciae nostrae negotium et nos ipsos humillime commendamus, ac manemus in osculo Pedum

Sanctitatis suae
Indigni et humillimi Filij
F. Wladislaus a S. Dionysio Provincialis
F. Benno a S. Brigitta Definitor Reverendus
F. Hilarion a S. Gregorio Definitor 2dus
F. Josephus a S. Casimiro Defin. 3tius
F. Columbanus Definitor 4tus

SACRA

Congregatione

Episcoporum et Regularium

Regia Celsitudine Emi et Rmi Dni Card.

Ducis Eboracen.

ponente

Ordinis RR.PP. Carmelitarum Excalceatorum Provinciae Lithuaniae

pro

RR.PP. Carmelitis Excalceatis dictae Provinciae Lithuaniae

M.

Summarium

ad

Typis Bernabò 1762 a [illegible]